



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Lucius Rex. 3. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Dec.  
cili  
nim  
nt.

U.

jus  
um  
er-  
in  
tor  
Sed  
m-  
re,  
est,  
on  
ab  
in  
im  
vi-  
im  
ad  
on  
us  
u-  
it,  
nis  
d-  
u-  
iis  
n-  
na-  
rtu  
ad

3 Dec. VITÆ SANCTORVM. 589  
ad cælum animam appulit. Ex vitâ.

*Quid nobis in extremo spiritu futurum est, cum debilitatis corporis animique viribus, graviore quam umquam tentatione vexabimur, nisi per otium prius spem totam in Deo reponere, atque ad eum tempestivè confugere didicerimus? Ex Epist. S. Franc. Xaverii ad socios Goanos.*

S. LUCIUS REX M. 3. Decembris.

**L**GNOSCE iterum Anglia, quantum, heu! quantum mutata ab illâ es, cum præcones veræ fidei aliena regna Reges habuerunt tuos! Sed age in memoriam juxta mecum revoca avita decora. Lvcivs ille tuus (è stirpe regiâ germen) puer jam Catholicæ fidei, & verò hæc illi etiam arrisit. Nimirum quin hanc amplecteretur, unum illud momram injiciebat, quod nulli ferè tunc nisi sanguine suo purpurati eam ambirent. Ubi verò primùm transire ad Christianorum partes etiam palmas Romæ togas inaudiit, quam mox statuit etiam coronā suam Christo submittere. Igitur sanæ fidei Doctores Româ ab Eleutherio Pont. accivit: mox è discipulo ipse etiam Doctor, & calcato regni fastu è rege Apostolus Augustam Vindeliciam venit. Constitit hîc operæ suæ fructus, ad fidem præter alios nobilissimâ familiâ adductâ. Sed & merces sua Lvcio constitit, utpote qui verbera & lapidationem in lucro posuit, præcepſq; actus in puteum maximam scilicet inde voluptatem hausit. Nec verò hanc solùm Augustâ Coloniam, etiam alteram Reginoburgum adiit, neque prius quam Christum per omnem Vindeliciam Noricumque circumferret, morte beatâ Curiæ quieti. Gratias igitur Anglia tibi habemus exteræ

Bb 7 natio-

nationes, & si modò vis, vicem reperdimus, nostrosq; tibi Doctores ecce submittimus. Ex Brev. Cur. & Bav. S.

Pretiosior mens ejus est, quæ aurum despicit, quam quæ aurum requirit: majores planè sunt divitiae, non habere aurum, sed aurum habentibus eminere. Qui enim propriis abundat bonis, sculi thesauros non requirit. S. Maxim. de SS. Taurin.

S. THEODULUS C. 3. Decembris.

**A**Scenderat in id fastigium honorum THEODULVS, ut aula illum Theodosiana Præfatum salutaret. Verum his etiam altiora virtus ambiit. Etenim quod aulæ technas & infidias probè perspectas haberet, ludos facere hanc vicissim voluit. Quare assēm omnem (Philippeorum millia quinque supra quinquaginta) liberali sparitione in miseris abjecit, ipse columnam Edessæ ascendit, inde aulæ fastus, minas, pericula, omnia despecturus. Ita mundo & sese altior respuit jam cum homunculis prandere, cœpitque cum Cælitibus solâ ambrosiâ, hoc est, Angelorū pane, deinceps vesci. Post annos sic traductos xxx. cupido subiit scire eccuinam ex DEI amicis vitæ meritis æquiparandus foret. Responsum è cælo, Cornelio Mimo æquandum. Rubore expressit hoc THEODULO. Adiit tamē virum, & hæc deniq; sibi fateri coëgit: mimicam artem à primis annis tractasse, nunc cùm in mentem ultima illa nec ficta mundi scena venisset, serium se & frugi esse, nuperque adeò, ut pudori nescio cuius matronæ, unaque decoctoris ejusdem viri, qui à creditoribus in vinculis tenebatur, libertati consuleret, vestem & supellectilem vendidisse, & corrogatum inde quādringen-